Infirmitate, incarcer., minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus ex legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vero praemissorum Officij praefati Castren Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non reus praeiens, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia partis singulis vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, Protectione Terrae, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs ex defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua propria personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kruszelnicki alteri Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Petrus Szpegę Kruszelnicki olim Nobilis Fedorij Kruszelnicki filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, totam vel et integram Sortem suam, a Nobilibus Constantino Iłnicki, et Zophia Kruszelnicka conjugibus, modo quovis quaesitam, in bonis villa Kruszelnica Terrae Premysliensis sitt et iacentem, sitam, in bonis villa Kruszelnica Terrae Premysliensis sitt et iacentem, cum omni eorundem bonorum Jure, dominio, proprietate et haereditate, Titulis haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, emolumentis, commodis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis. Nihil ex praemissis Juris dominij, proprietatis, haereditatis, ac cuiusvis Competentiae et Praerogativa praefati Recognoscentis, suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando

seu excipiendo, Verum ita late, longe, circumferentialiterque prout
praefatorum bonorum praesentium resignatorum haereditas seu in suis metis et
limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et quibus eadem bona ipsemet
Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem
legitime serviebant; Iam ex nunc et de facto Nobili Lazaro Knyszelnicki
Hladanowicz, eiusque posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit
prout praesentibus dat, donat, ac titulo mero, puro, perpetuo irrevocabilisque
donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum, irrevoca-
biliterque. In quae quidem Bona supra praesentium praescriptam donata
idem Recognoscens Nobilis Petrus Szpega Knyszelnicki, Supradicto
Nobili Lazaro Knyszelnicki Hladanowicz Donatario suo
et illius successoribus, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat
et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamque possessionem,
per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die qua-
cunque voluerit officiose accipiendam. Per ipsum Donatarium suum,
illiusque posteros, haec eadem bona resignata cum universis eorum
Utilitatibus et Usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis
tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi,
ad suosque et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter convertendi, perpetuis et aeviternis tempo-
ribus. Debetque et tenebitur inutque Recognoscens Nobilis Petrus Szpega Kny-
szelnicki, quod se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus,
ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis, supradicto Nobili Lazaro
Knyszelnicki Hladanowicz donatario suo inscribit et obligat
praesentibus, ipsum, et eius successores in dictis bonis donatis, et ratione
eorundem omnium, ab omni et quacunque impetitione iuridica
quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, status et sexus cuiuscunque
existentium ex occasione suprascriptorum exorienda, per omnes praescriptiones
Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet
praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni temporibus quoties
opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare

indemnemq cum posteris reddere, necnon haec eadem bona donata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus sup bona praefata praemissaq omnia, modo quovis cuicunq personarum factis et faciendis eademq afficiend, tum etiam a quibusvis Actoribus sup eaq bona resignata modo quovis impetitis et impetend: Luens denique et persolvens processibusq Iuris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependend et in quovis Iudicio et Officio Regni obtent et obtinend, ac sup praemissis omnibus praedictis resignatis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam, coram Officio praedicto admissam in fundis bonorum praefatorum praedictorum donatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officio requireretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem liberè dare et effectualiter admittere, dataq et admissa ea eaq possessionem et Usumfructum praemissorum omnium modo quovis tam per se, quam per suas quasvis Submissas et Subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumq donatarium suum ac illius Successores in praemissis omnibus praedictis resignatis nullo modo inturbari, ita Ut hae eaq bona praedicta donata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq et pertinentiis Universis is idem Donatarius Suus cum suis posteris quiete et pacifice praedictis Inscriptionis donationis vigore tenere, habere, et possidere queat, Illisq Uti frui possit perpetuis et aeternis temporibus: idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento taxatis et dicendis per eundem Resignantem sive eius posteros praefato donatario suo, velsiq posteris eius ob non complementum praemissorum omnium et singulorum tamen per se Iuramento toties quoties opus fuerit ad solvend Succumbentibus, quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis, modo praemisso ad solvend Succumbitis, ac praeterea quibus principali ex praemissis non completa complendam, Citatq eorumque Magnificus Rewgnus Nobilis Petrus Szpaga Kusselnicki, sive eius successores, ad instantiam Supra Nobilis Lazari Kusselnicki Mlinowicz donatarij sui velsiq posterorum ad Officium praedictis Castrense Capitaneale Premysliense, extunc vel ex Supra quo ad tendum spectat mediante, semper in primo Actoris Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eaq

inscribit et obligat praesens, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Iudicii eius Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori minorennitate suorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad [illegible] ctorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra primos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem sibi non vendicando, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, atque omnia praemissa simplicibus vel triplicatis evasionibus, suggerendo fatalijs Iuris, exceptione Terrae, bello, conventione neque alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, neque modo alio quovis evadendo. Huiusmodi sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Vigore Laudi Feria Quinta post Festum Transfigurationis Christi Domini proxima: Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono 8/VIII 1669

Kruszelnicki alteri Donat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Lazor Kruszelnicki Polodanowicz sana mente et corpore existens, a Terris, Dictibus, Iuribus, Iudicijs suis quibus subiacet et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iudicio, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis gentis omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac expresse recognovit, Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, Videlicet [illegible] Polaw [illegible] Ilia Kowiat, quam quartam praesens Agn ipsemet Recognoscens apud Nobilem Maruszani Swaryczowska, Nobilis Iwan Korczynski [illegible] Szaba Conversis emit, in bonis Villae Kruszelnice, Terrae et Districtus praesentis